vocaturCalliscus. Istum igitur mansum cum omnibus appendiciis suis, id est quantum ad ipsum aspicit vel aspicere yidetur, terris cultis et incultis, donat.prsedictus Oddo sancto Mauricio : tali scilicet tenore, ut quandiu ipse vixerit teneat et possideat, post mortem vero ejus absque ullius hominum contradictione ad prsedictam ecclesiam sancti Mauricii revertatur, et singulis annis in festivitate beati Mauricii duos solides in investitura persolvat. Istam itaque prsestariam volo ego Oddo ut quandiu *ego* vixero, ut supradictum est, teneam et possideam, post mortem vero meam unus ex fratribus meis cui per nomen eam laxavero similiter teneat et possideat, et preedictam vestituram simili modo annis singulis persolvat. Ut autem haec prastaria vigorem yel auctoritatem futuris temporibus obtinere valeat, manu propria eam roboravimus et canonicis nostris eam firmare prsecepimus. S. Tietbaldi archiepiscopi, qui banc prsestariam scribere et iîrmare rogavit. Data per manum Widbaldi, sub die lunis, mense octobris, régnante Radulfo rege (1).

C.-U.-J. CHEVALIER.

(1) Rodolphe III *le Fainéant,* d'après *Y Art de vérifier les dates,* monta sur le trône de Bourgogne en 993; il mourut à Lausanne le 6 septembre 1032.